Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum i
lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarum.
et transtulit in regnum filii dilectionis sue.
In quo habemus redemptionem et remissionem
peccatorum: qui est ymago dei invisibilis primo
genitus omnis creature. quia in ipso condita
sunt universa in celis et in terra. visibilia et invi
sibilia sive throni. sive principatus. sive dominatio
nes. sive potestates. Omnia per ipsum et in ipso cre
ata sunt: et ipse est ante omnes et omnia in ipso
constant. et ipse est caput corporis ecclesie qui est
principium primogenitus ex mortuis. ut sit
ipse in omnibus primatum tenens. ihs xs. do. nr.
Nill. t. Dixit. i. d. s. Audistis quia S. mathim.
dictum est antiquis: non periurabis. reddes autem
domino tuo iuramenta tua. Ego autem dico vob:
non iurare omnino. neque per celum quia thronus
dei est. neque per terram quia scabellum pedum
eius est. neque per hierusalem quia ciuitas magni
regis est. neque per caput tuum iuraueris quia
non potes unum capillum album facere aut
nigrum. Sit autem sermo vr: est est. non non.
Quod autem his hiis abundancius est: a malo e. Au
distis quia dictum est. oculum pro oculo. et dente
pro dente. Ego autem dico vobis: non resistere ma
lo: sed siquis te percusserit in dexteram maxillam

tuam p